



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXX. Bonon. fideicommissi de Amorinis. De eadem materia  
vocationis masculorum ex fœminis ut conveniat solum masculis  
immediatis, non autem mediatis; Et de extractione plurium vocatorum per

...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](#)

occasione denegandi appellationem à tribus conformibus, tot virori in conforme esset judicium, quod proinde in dubio prævalere deberet iudicio. Advocatorum quandoque a causa aff. & tione fascinato.

Hinc proinde, ut etiam advertitur in prima decisione coram Corrado, prorius extraneus, ac inanis remanebat magnus labor scribentium hincide super quæstione ex professo disputata, An sub nomine filiorum venient nepotes ac ulteriores descendentes, realiumento omnia despicer collecta apud Fusar quæst. 320. & per Rotam apud Merlin. decis. 206. alias decis. 6. par. 5. rec. & decis. 402. par. 9. & dec. 84 par. 10. & aliis frequenter, quoniam stante defectu qualitatis desiderata per testatorem, cessabat omnimodo fundatum applicationis.

Tunc autem talis quæstio congrua fuisset, quando ex Juditta filia procreatus fuisset filius masculus immediatus prædefunctus ante factum casum fideicommissi, de cuius tempore esset solum superstes nepos vel pronepos, aut ulterior descendens per masculum, & de linea masculina primi immediati; Et tunc ut etiam ipsa decisiones agnoscent, probabilius ac omnino pro tali nepote vel ulteriori descendente responderi debuisset, non obstante quod testamenti verba esse personalia, atque restricta viderentur ad filii in immediatum dictæ feminæ, Tum ob duas limitationes in hoc proprio paucum receptas, Unam scilicet, ubi agitur de dispositione collata in tempus remotissimum, & post defectas plures alias lineas præcedenter vocatas, unde improbabile est, quod testator cogitaverit de superexstentia filiorum primi gradus; Et alteram, ubi agitur de faciendo transiitum à descendente bus ad extraneos, sive à generi magis dilecto ad alterum minus dilectum, ut de utraque limitatione apud Merlin dicta decis. 206. & Fusar. dicta quæst. 320. & seq. apud quæ concordantes, & frequenter insita in materia ius articuli, an scilicet & quando sub nomine filiorum venient nepotes, ac ulteriores descendentes.

Tum clarius & solidius, quoniam vocatio talis filii immediati non terminabatur in ejus persona, sed habebat tractum successivum ac perpetuum in omnibus ejus descendentiibus masculis. Atque linea masculina expresse vocata, ac etiam conditio posita erat priusquam fieret transitus ad dictum alium substitutionis gradum, Et conuenienter corruptis uno vel pluribus gradibus antecedentibus, de plano intrabat ulteriorum subingressio in antecedentes gradus corruptos jure vulgaris in fideicommissio seu anomalæ, juxta receptam theoricam Barroli in l. quændiu num. 10 ff. de aquir. hered. de qua supra dif. 17. & 18. ac etiam plures infra; Tunc enim primus ac immediatus stare videtur, non taxative tanquam ille, in quo perneccesse successio effectum fortiora fit ad suam masculinam posteritatem transmittenda per solam fideicommissariam, sed potius demonstrativa, tanquam pro spite semiagnato ex femina agnata immediate constituto, ex quo talis linea masculina constituenda sit, ideoque in omnibus de eadem linea refideat capacitas succendi in exclusionem ulterioris substituti; Sive quod primus & immediatus ita eam qualitatem in se impressam, ex praesumpta verili mili voluntate testatoris ad ejus descendentes masculos transmiserit, dum testator ipsos potius, quam nepotem ex sorore ejusque descendentes voluit.

Ex eadem ratione, extraneus quoque ac inanis remanit non modicus labor per scribentes hinc inde habitus, & quem etiam inaniter reassumere voluit elaboratissimus prima decisionis extensis super doctrina Lamberti de Ramponibus, de qua habetur actum supra dif. 10. & 11. & in aliis plures. An scilicet successio remotioris ob non existentem proximioris & de genere prædilecta intelligenda esset provisionaliter feta revocabiliter, ita ut remittere supervenientis revocet bona ei delata, quantum ex deficiente qualitate necessaria ut supra, cellula quæstio in radice, dum actor non erat de genere vocationis, & consequenter remanebat in terminis meri extranei.

Quando autem ista difficultas non obstaret, quia nempe casus successionis obveniret vivente Juditta filia, quæ filios masculos adhuc non proceraverit, unde dictus filius sororis successionem agnoverit, deindeque supervenisset filius masculus immediatus absque difficultate vocatus; Ettunc, etiam in tempore veritatis, probabiliores credidisse partes hujusmodi proximioris postea supervenienti, abeque necessitate assumendi altiore inspectionem super conjecturis pro recessu à regula, quæ hodie ex usu magis communi ac recepta opinione constituta est ad favorem remotioris extantis de tempore facti casus & admissi, Sed clarius & facilius ex eo, quod nobis ita superveniret admissio ad successionem dicti remittere transversalis, eo quia dum ejus vocatio constpta est in defectum lineæ masculinae dictæ filii propriæ testatoris, oportebat expectare istius omnitudinem evacuationem seu deficienciam, que sequitur non dicitur, donec durat ejus spes vel potest, unde successio stare debet in suspensiō juxta ea quæ habentur supra in Bonon. primogeniture de 1595. & in Ferraren. fideicommissi de Francib. dif. 9.

Et licet in prima decisione coram Corrado, incertus potius, ac presuppositivè procedatur cum assumpto quod cum ageretur de primogenitura, teminabatur hæc suspensio seu vacatio in simplici fideicommissi paucim admissa, eo quia primogenitū naturæ, neque temporis momento vacare possunt, attamen hoc est æquivocum clarum, ut avertatur in dicta Bonon. dif. 7. atque illi videbantur venire proprii termini casus, quando factum affluit, non autem illi dictæ quæstionis Lamberti de Ramponibus, de qua supra dif. 10. & 11. & aliis.

## BONON. FIDEICOMMISSI DE AMORINIS.

PRO

FRATRIBUS DE GRASSIS

CVM

JOSEPHO MARIA DE URSI  
ET JOANNE ANDREA DE  
BOLOGNINIS.

*Causa decisus per Rotam pro Ursio & Bologni-  
no, postea concordatus.*

De eadem materia vocationis masculorum ex feminis ut conveniat solum masculis immediatis non autem mediatis; Et de extractione plurium vocatorum per sortes, quando haec dicatur bene vel male facta, & ubi est malè facta, quid sit agendum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Falli series.*
- 2 *Resolutiones causa.*
- 3 *Distinguuntur puncta controversie.*
- 4 *De dispositione, quod sub nomine masculorum ex feminis veniant solum immediati, non autem mediatis.*
- 5 *De absurdia & inverisimilitudine, quod testator si vivaret fecerit responderet.*
- 6 *Quod non carentur hac absurdia, & inverisimilitudines, ubi certa est voluntas, secus ubi dubia.*
- 7 *Si quando sensus verborum attendi non debent.*
- 8 *De ratione, ob quam voluntas solet esse restricta ad solum immediatos, & non ad mediatos.*
- 9 *Elegit vicitur ob spretum aliquius ex electoribus.*
- 10 *Quod procedat etiam in electione passiva, seu in imbusolatione, ubi spernitur unus ex imbusolandi.*
- 11 *An etiam vel qualitas requisita concurrere debet de tempore vacacionis, vel facti causas fideicommissi, vel attendatur tempus admissionis.*
- 12 *Dicitur circiter, quoad etatem, quantum se extenderat.*
- 13 *Quando certa etas, vel tempus praeinitum non attendatur, sed spectetur finis seu effectus.*
- 14 *Nou potest duere se spretum, qui non comparuit, & non peccatum admitti.*
- 15 *Declaratur, quando oppositio non sit necessaria, sed omnes sint convocandi.*
- 16 *Exclusus ab uno gradu substitutionis particularis, an & quando sit exclusus ab alio gradu ad favorem generis.*
- 17 *Tertius non opponit de spretu, si ipse qui spretus est non operatus.*
- 18 *Quando professio in Societate Iesu inducat mortem ciuilim, & inhabitabilitatem ad succendendum.*
- 19 *Nulitas electionis senecte contraria non revalidatur.*
- 20 *De ratione absurdorum, & inconvenientium attendenda necne.*

## DISC. XXX.

**M**athäus Amorinus carens prole masculina, provisus de pingui dote Lucretia & Ludovicus nebris ex duobus filiis praedefunctis, heredes instituit duos ex fratre nepotes cum perpetuo fideicommissio in eorum linea masculina, qua defecta, cum eodem perpetuo fideicommissio vocavit filios masculos praedictarum neptum, cum onere allumendi ejus cognomen & insignia, defectisque etiam istis lineis, post alias substitutiones ad rem non facientes usurpare caducatas, voluit per officiales quorundam piorum locorum imbusolari 17. pueros ex 17. nobilibus familiis Bononiensibus ab ipso nominatis, etatis infra 12. & 15. annos, vel circa, ex quibus duo forte extrahi deberent in hac hereditate cum eodem perpetuo fideicommissio succedere ejus etiam familiam renovando, cum assumptione cognominis & insignium, & his lineis.

*Cardin. de Luca de Fideicommissis.*

masculinis quoque defectis vocavit quasdam Ecclesiæ & pia loca; Declaratione adjecta, quod ad evitanda dubia apud DD. appellatione filiorum intellectus de ipsis praefite, non autem de nepotibus & ulterioribus descenditibus, nisi casu quo nepos ex beneficio representationis concurreret deberet cum patro; Quodque masculorum appellatione intellectus de masculis descenditibus per lineam masculinam verè non autem sicut & interpretative cum exclusione feminatum earumque descenditibus, exceptis filii dictarum Ludovicæ & Lucretiæ, corrumque liberis masculis, & per masculum descenditibus.

Defecta vel non incepta linea unius ex dictis hereditibus, altera non post multum tempus etiam deficit in Alexandro nepote ex filio alterius Alexandri primi hereditis, cumq; ex Diana filia dictæ Lucretiæ unius ex dictis nebris fuisset superflua Paris Maria de Graffis plures habens filios masculos, dictique executores prætenderent factum esse casum dictæ imbusolationis 17. puerorum, se opposuerunt dictus Paris Maria ejusque filii prætendentes adhuc factum non esse casum prædictum, sed fideicommissum sibi deberi, tanquam descenditibus masculis præfatae Lucretiæ, & re delata ad Cardinalem Legatum Bononiæ, hic per decretum provisionale fine præjudicio iurium dicti Paridis ejusque filiorum mandavit procedi ad imbusolationem ac respectivæ extractionem prædictam habendam pro infecta, quatenus causæ eventus ostenderet dictum casum adhuc factum non esse, unde propterea executores proceperunt ad imbusolationem dictorum puerorum ex illis familiis, quæ aderant, neglecta imbusolatione Gabrielis unius ex filiis dicti Paridis Mariae in undecimo anno constituti, & de una ex dictis 17. familiis à testatore nominatis, arque forte extracti fuerunt Ursus & Bologninus, Unde introducta causa in Rotam coram Melito per appellationem de functo Paride Maria à dicto Gabriele ejusque fratribus interpositam, assumptaque disputatione contra meum votum, An constaret de fideicomissio ad favorem dictorum de Graffis, sub die 26. Junij 1653. negotiata prodiit resolutio confirmata sub die 30. Maij 1659 coram eodem, quæ duas decisiones sunt impressæ post collectiones Bondeni decis. 52. & 66. Quare assumpto novo dubio, quod ego eram in sensu ab initio assumentum esse, super invaliditatem dictæ imbusolationis & extractionis respective ob ejusdem Gabrielis spretum, cum pendente illius disputatione idem Societatem Jesu ingressus esset, atque causam prosequerentur alii ejus fratres, eo proposito sub die 22. Maij 1662. coram Priolo subrogato, prodiit resolutio extractis favorabilis pro imbusolationis validitate, sed concessa nova audientia, & reproposta causa, cum ob difficultates capta non esset resolutio, id ansam dedit honestæ concordia controversiam terminanti, per quam dicti fratres de Graffis, obtentis quibusdam bonis, reliquam hereditatem extractis dimiserunt.

Duo igitur fuerunt hujusmodi disputationum puncta, Unus super dicti Gabrielis & fratum prætensione, ut ipsi tanquam descendentes masculi testatoris ex dicta Lucretia nepte comprehensi essent in secundo substitutionum ordine ut supra post defectas lineas primò institutorum, Et alter, quatenus factus esset casus dictæ imbusolationis, super ejus nullitate ob ejusdem Gabrielis spretum.

Quatenus pertinet ad primam, Ego pro dictis Gabriele & fratribus scribens, in congressibus pro causa directione habitis exam in voto super eo tan-

e LUCA  
de  
lamentis  
etc.  
CVI  
9

quatu<sup>r</sup> claro, disputationem assumendam non esse, id est assumptam, quia sic placuit congregatorum majori parti, cui cedendum erat; Cum enim iam expertus esset exitum alterius Bononiensis fideicommissi de Barberis, de qua disce, preceendi, quod scilicet neglecto motivo abfudi, vel inverisimilitudinis excludendi proprios descendentes ob transversales, ex solis conjecturis, ac interpretatione verborum, dictum fuerat sub nomine masculorum ex feminis non venire nisi immediatos, non autem nepotes mediatis per duplex medium femininum, quamvis istis regula afficeret; Multo magis, ac de plano idem dicendum veniebat in hac facti specie, in qua testator, ad evitandas hujusmodi questiones ac interpretationes, verbis expressis omnia decidere voluit, declarando, quod sub nomine filiorum non venirent nisi illi primi gradus, & per veritatem, non autem nepotes ac ulteriores descendentes, nisi ad effectum concursus cum patruo ex beneficio representationis; Et clarius quia declaravit ut sub nomine masculorum, exceptis filiis masculis ipsarum neptum, quos linearum masculinarum stipites constituit, non veniant nisi masculi per masculum, & ex linea masculina per veritatem, non autem per fictiōnem, unde propterea casus remanere videbatur incapax disputationis, vel interpretationis ut potest expressus ac literalis ad vulgarem regulam textus in l. ille aut ille s. cum in verbis ff de legatis 3.

Et quamvis reliqui hujus partis defensores magnum fundamentum constituerent in motivo absurdī sive inverisimilitudinis, quod scilicet testator, neglectis descendantibus, & de proprio sanguine, qui aequē bene poterant ejus familiam renovare, ejusque desiderium explore, vocare voluerit penitus extraneos ita forte extrahendos; Ea potissimum circumstantia accedente, quod isti descendentes erant de una ex 17. familiis ab eodem testatore dilectis, ac vocatis, unde propterea, tam ego scribens tanquam Advocatus, quam ceteri nimis exaggerabamus solitas Consilientium cantilenas, quid scilicet verisimiliter responderet ipse defunctus, si resurgeret, atque interrogaretur, quodque iudex defuncti personam induendo responderet debet id quod ille esset responsurus; Dedicando etiam cum copiosis allegationibus desumptis ex Fusario ac aliis hujusmodi collectoribus propositiones generales super impro priatione verborum, & exten sione fideicommissi de casu ad calum, & de persona ad personam, ex dictis rationibus absurdorum vel inverisimilitudinis, adeo ut informationes desuper editæ, ut potest hujusmodi reg. lis generalibus cum copiosis allegationibus nimis dicatae, cum meo risu, à pluribus eriam eruditio nem profitentibus, fatis commendata fuerint.

Attamen, ut ego in congressibus dicebam ex collectis per Cyriacum controv. 281. num. 34. cum sequen. & alios, ac advertit Rota in hujus causa decisionibus, hujusmodi generalitates bene serviant ac attendenda sint in dubio, & ubi agitur de interpretando ambiguum voluntatem, non autem ubi ista est clara, quoniam tunc non esset interpretari, sed destruere, seu de novo disponere, contra id quod testator dixit, cum interpretatio cadat in ambiguis non autem in claris, juxta vulgarem & quotidianam distinctionem, quam habemus in materia observantia inter interpretativam & præscriptivam; Judices enim, & Advocati interpretantur, sed non faciunt de novo testamenta defunctorum, neque quārendum est, cur defunctus ita disponuerit sed solum videndum est, quid voluerit, Quando ta-

men urgent verba clara & expressa, ex quibus a voluntate certi reddimur, non autem ubi id destinatur ex solo sensu grammatical ac puro cortice, ut referri possit ad errorem ac inadvertentiam testatoris seu alterius Scriptoris, cum tunc omnino res semperque præ oculis habenda videatur propria ut non cortex & formula verborum, sed fulminis voluntatis attendi debeat; In hac sententiæ specie id non proveniebat ex sola grammatical significacione aliquorum verborum, quæ testatoris intentionem concipi poterint, sed accurate ac studiose per particulas periodos, ac propriales orationes ita dispositum fuit per vias distinctionis, atque ad tollendam DD. dubia & praetationes.

Clarius vero, quia hujusmodi voluntas discipore fit irrationabilis seu inverisimilis, ut potest huiusmodi solum illius rationis, quæ ponderatur in Parmen. disce. 28. quod scilicet in casu contentæ agnationis, ex motivis ibi insinuat, maxime cognati per duplex medium femininum, & non immediati à feminis agnatis, jure penitus neorum haberi solent, ideoque resolutiones hoc puncto mihi, quamvis in contrarium facti, justæ ac probabiles visæ fuerunt.

E converso autem, reflectendo etiam ad fiduciam veritatem, non placuit ultima resolutionem omnino super valida imbusfoliatione, unde merito dubitatum fuit, atque si causa ulteriorum distinctionis progressum habuisset, probabilius dicta solutione recedi debuisset; Cum enim distichus brevis esset de familia vocata, & in ætate perditæ rem desiderata, ita ut etiam si esset omnino unus, imbusfolia debuissent, utique longe mutuus manet ejus spretus, dum aliam supra omnem maiorem qualitatem habebat quod esset edendus, ac de sanguine testatoris; Ideoque per intrare dicebam conclusionem in materia electionis receptam, quod spretus unus ad eam vocandam, conquerente, ac opponente viritate actum capi cap. in genet. & cap. sicut de electione cum contradicitionibus de quibus præsternit in Monastariis, quæ tota sub tit. de electione, sicut de Canonici & Capituli de hac materia electionis; Quod etiam scriptum est in materia jurispatronatus in praesternibus collegialiter ab aliquo corpore collecti ciendis, cum similibus, ex deducis per hanc Adden. decis. 35. Manic. decis. 268. & 288. & in materia sub tit. de Iure patr.

Et licet id procedat in spretu habentium votum in electione activa, idem tamen ex omnimodo electionis identitate dicendum est in electione passiva, cum nulla urgere videatur ratio difference; Et specie nullitatis ob spretum seu exclusionem alicuius eligibilis ab electione passiva Pafferm. de elect. cap. 2. quest. 4. Et magis in specie nullitatis ob imbusfoliationis ob spretum eorum, qui tangunt bentes requisitas qualitates erant imbusfolia Sanch. ad praecpt. de cal. lib. 2. cap. 38. num. 63. in clavi Regia lib. 4. cap. 5. num. 2.

Pro solutione istius difficultatis, per se rebatur pro extractis plura deducebantur, quoniam alii admittuntur in decisione, alia vero fueruntne? Ita; Primo scilicet quod dictus Gabriel non constitutus in ætate annorum 12. sed in unicuius anno de recenti incepito; Secundò quod non nullus sed admittit & imbusfolari; Terro, quimo se opposuerit imbusfoliationi, arque curare eam impedit; Quartò quod jus dicendi de hujusmodi nullitate competit ipsimet sperto non am-

tertio, unde cum ipse jam esset mortuus civiliter per professionem in Societate Jesu, desuper exaudiendi non erant ceteris fratres; Et quinto demum ob plura inconvenientia exinde resultantia, cum polita nullitate dicta imbusfolationis, quodque oporteret illam facere ex integra, tam extracti, quam ceteri tunc imbusfolati ob longum spatium illa interim decursum essent inhabiles ratione etatis, ideoque oporteret perquirere alios, potissimum extracti familiam testatoris assumperant, plures sumptus pro lite substinent fecerant.

Nullum ex his motivis pro meo iudicio videbatur solidum atque aptum evacuare objectum; Non quidem primum super defectu etatis, tollebat enim de plano ex facto, quoniam licet de tempore facti causas successionis ob mortem ultimi de linea masculina primi heredis, dictus Gabriel in dicta etate constitutus non esset, eam tamen agebat de tempore facta imbusfolationis, quod est attendendum juxta distinctionem in materia beneficiali, praesertim in beneficiis de jurepatronatus receptam, ac etiam in materia electionis, quod, Aut agitur de iis, que illicito facta casu vacationis juris ministerio deferuntur, & requirunt habilitas de tempore quo illa sequitur, Aut de iis, que exigunt extrinsecum factum hominis, puta electionis, collationis, presentationis &c. & istud tempus attentendum est ad text. in cap. dudum, & cap. cum in cunctis. inferior de electione, & ceteris relatis bene in proximis terminis Bur. at. dec. 682. nu. 8. cum sequen.

Præterea cum testator non prescriperit certum etatis tempus præcisè ac pro forma, sed adjecetur distinctionem circa, id pariter de plano excludebat hunc defectum; Quamvis enim, tam scribentes pro extractis, quam etiam nostri, occasione impugnandi dictam imbusfolationem, ex eo quod ex imbusfolatis adessent aliqui excedentes etatem annorum 18, qualis præsertim supponebatur. Usus extractus nimium se extenderent, longaque retexerent allegationes super operatione dictioris circa, 12 circa etatem, Aliquis volentibus extendi solum ad quatuor mensēs, alius ad quinque, ac alius ad sex ad summum, ex deducendo per Rebuff. in praxi beneficiali. tit. de dispensat. ratione etatis glossa seu circa numer. 13. Garz. de benef. par. II. cap. 3. numer. 49.

Pyrr. Corrad. in praxi dispensat. lib. 4. cap. 2. num. 29, Menoch. de arbitrar. casu 46 num. 5. Rota decif. 164. num. 6. par. 3. recent. Attamen ista mihi videbatur in hoc proposito una de nostris simplicitatibus, quoniam hujusmodi quæstio cadit, ubi agitur de etate præcisè in jurestatu, ad ordines, beneficia, vel dignitates obtainendas cum similibus. Secus autem ubi illa per hominum in privata dispositione ita statuta est ad certum finem seu effectum; Tunc enim principaliter spectatur substantia voluntatis seu finis ac effectus, neque adeo insistitur super formalitate temporis, juxta ea, que super hoc latius & ex professo acta habentur in Romana legati de Iustinianis subi. de legatis, occasione agendi de subficio litterario relicto pueris de familio certam etatem agentibus.

Et satis bene probari observabam ex firmatis per Rotam altera Bononiens. de Ramundin. coram Duno-zotto inter suas dec. 417. repertis par. 7. recent. decif. 93, in cuius casu testatore, post defecta certa genera prior vocata, demandante eligi per administratores quorundam piorum locorum, unum juvenem, qui artificialiter, afflumptis cognomine & insignibus, atque ducento uxorem, & procreando filios, familiam renovare posset, laudatur electio viri ma-

turi, quinquagenarii & ultra, qui jam plures filios masculos procreaverat, unde propterea testatoris voluntas pinguis ac plenius impletur, spectando ejus substantiam, non autem formalitatem verborum, & de quo in similis habetur actum infra in Romana fideicommissi de Baldassini dec. 45. ac etiam infra in Bonon. fideicommissi de Vitoris dec. 69. & in decisione in ea causa edita 1. Aprilis 1669. Carpinea cum similibus. Unde propterea ego non laudabam dictam oppositionem, in qua ceteri pro hac eadem parte scribentes nimium insistebant ob imbusfolationem eorum, qui etatem 18. annorum in aliquo excedeant.

Quoad secundum motivum, quod Gabriel non petierit imbusfolari ex autoritate Oldradi conf. 3. 14 Lamberini. de Iurepatr. lib. 2. qu. 8. art. 26. Antonini. lib. 1. var. resol. cap. 26. num. 15. Dicebam, etiam cum sensu veritatis, illud non habere substantiam ex defectu applicacionis dicta conclusionis ad casum, illa enim procedit quoad personas de certo vel incerto genere ius habentes, sed incertas, Sive etenim ius habentes, quatenus pertant, & se opponant; Puta in concursu ad Parochiales vel ad Beneficia patrimonialia & cathedras, iuxta frequentem usum Hispaniarum; Vel etiam in Beneficiis de Jurepatronatus passivo cum similibus, quoniam collator vel patronus divinare vel inquirere non tenetur, quæ persona adessent nec ne; Hoc autem incongrue adaptari dicebam ad hanc facti speciem, in qua testator injunxit etiam hujusmodi administratoribus, ut perquerirent istarum 17 familiarium pueros dictam etatem circiter agentes, & sic eis invenientia fuerunt diligentiae potius ex officio quam ad partis postulationem, potissimum dum ob teneram etatem, non de facil practicabilis erat oppositio seu peritio ipsorum puerorum tunc ignorantium quid agerent. Aceriam, quia ob qualitatem familiarium nobilium, facillimum, & tanquam species notoriæ est habere talis notitiam, qua quoad istum puerum erat certa & indubitate apud executores, ob eius oppositionem ac item habitam; & sic vere nullatenus intrabant termini dictæ conclusionis, e modo quo ubi Canonici seu Capitulares sunt certi, sunt citandi cum legitima convocatione Capituli, cum similibus.

Irrelevans pariter videbatur tertium motivum, quod scilicet dictus Gabriel imbusfolationi se opposuerit, eamque impedita cura veritatis, cum id egerit ex diverso jure privato tanquam descendens testatoris, quod non tollit aliud ius competens ex diverso titulo, & tanquam de genere, ut juxta ea quæ habentur infra in Amerina fideicommissi de Lanfelicibus dec. 49. ut nominatum exclusus ab aliquo substitutionis particularis gradu, non censeatur exclusus ab alio gradu universalis, ordinato ad favorem totius generis, de quo ille sit, quoties exclusio non est propter odium vel delictum; Et sic non ex eo quod aliquis de genere habens aliquam maiorem circumstantiam particulararem, pretendant fideicommissum sibi ex diverso substitutionis gradu particulariter deberi, resultat illum excludi ab alio gradu ordinato ad favorem totius generis; Ad quod probandum dabam practicum exemplum de dispositione ordinata ad favorem aliquius Capituli vel Collegii seu personæ ex eo eligenda post defectum genus prius vocatum, quoniam si aliquis Capitularis seu Collegialis prætentat sibi jure privato debitam esse successionem. ejusque castum factum non esse ad favorem dicti Corporis seu Collegii, non exinde resultat, ut eius prætensione non subsistente, excludi debeat à busso.

e LUCA  
ne  
lamentis  
teat.  
GVI  
9

bis solo seu electione passiva tanquam Canonicus seu Collegialis, utpote diversam personam representans,

Minus etiam subsistebat quartum motivum; Licet enim in puncto juris vera sic conclusio, quod de nullitate ratione ipretus dare non possit tenuis, sed ipsemer qui ipretus fuit, ut per Feder, de Sensis conf. 148. & conf. 241. utrobique in fine cum concordantibus per Buratt. decis. 351. num. 4. Attamen cestabat applicatio ex facto, dum de dicto contemptu ab eodem oppositum fuit; Et quod subsequuntur mortem civilem dicti opponentis pariter id nil relevabat, Tum quia prima seu simplex professio, quae fit in Societate Jesu non inducit mortem civilem, seu inhabilitatem ad acquirendum ac retinendum, cum hæc sequi dicatur ex alia magis solemnissima professione, qua post longam probationem in Religionem emit-

ti solet, vulgo nuncupata quarti voti, ut per Rotam apud Martin. Andr. decis. 78. & decis. 32. par. 9. recent. & passim; Tum etiam quia postquam dictus ita contemptus in statu habili de ejus ipretu ac nullitate actus opposuit, talis ita detecta nullitas cefare non dicitur ob dicti opponentis cessationem,

ut ad litteram probat textus in cap. auditus de electione, ubi scribentes communiter, & de axiomate, ut quod jam est nullum ita convalescere non possit Barbos. axiom. 164. num. 10.

Demum quod quintum ac ultimum motivum cuiusdam non scriptæ æquitatis ob inconvenientia exinde resultantia, (et quod verè fuit unica & potissima causa resolutionis,) dicebam forte cum aliis quo ira impetu, proflus improbabile videri, quod in praecedentibus resolutionibus coram Melio, adversus descendentes ac de sanguine testator processum esset cum iure stricto rigore, negligendo absurdæ & inconvenientia ut supra, & quod cum penitus extranei in concurso descendenterium ac de sanguine haberetur ratio absurdorum & inconvenientium, contra regulam quod quisque juris. Et ulterius dicebam, quod in electionibus ad Episcopatus aliasque Dignitates, & fortius in illa Summi Pontificis, quæ est summa rerum, maxima resultant scandalæ & inconvenientia ob earam retractationem ex causa nullitatis, sed si hæc subsistit, illa non curantur, cum similibus; Ideoque merito ista causarunt dictis fratribus satis proficiam concordiam, per quam plus tutè obtinuerunt, quam importaret incerta alea fortis, quatenus nova imbus solatio facta esset.

## BONON. FIDEICOMMISSI DE VOLTA.

PRO  
MARCHIONE CAMPEGGIO.  
CVM  
COMITE PASELLI.

Casus varie decisus per Rotam.

De eadem materia, ut sub nomine matrorum ex feminis veniant solum filium male immediati; Et an tali casu masculi mediati descendentes per duplex modi femininum exclaudant ulteriores subtilios transversales vel extranceos distinctione textus in l. cum avus, & l. cum tiffimi.

S V M M A R I V M.

- 1 Fæc series,
- 2 Resolutiones cause.
- 3 De regula, ut vocatis masculis seminarum, matrem immediati, quam mediati, & de linea
- 4 De rationibus, ob quæ testatores solem vocantur immediatos ex feminis.
- 5 De eadem regula, de qua supra: num. 3, ut priores omnes mediati, & immediati.
- 6 De doctrina Aretini ad materiam test. in l. cum avus, & l. cum acutissimi, & num. 10.
- 7 Sensu auctoris, quod moriuntur deducunt ex l. cum avus, & l. cum acutissimi, vel non sufficiunt esse necessarium in casu.
- 8 Leges predictæ non habent locum, quando tales plius cogitavit, sed certam qualitatem auget.
- 9 Doctoribus referentibus simpliciter dictum dico. Et non examinantibus articulatum non est legitimum.
- 10 Expenditur doctrina Aretini de quanum.
- 11 Consideratur differentia inter istum casum, & in quibus curatum non fuit de absurditate per dictas ll. cum avus, & cum acutissimi.

D I S C . XXXI.

A Ntonius Volta unicam habens filiam licet ac uxoris ventrem prægnantem, quæ partus esset masculus, istum hæredem infra si vero feminæ, utramque institutum sub onerari tuendi ejus hæreditatem etiam eis adhuc vivente primo filio masculo ex una ipsarum nascitur, atque totaque ejus linea masculina fidei communione perpetuum instituit, ac successivè ad favorem alterius filiorum masculorum earumdem de linea masculina, quæ defecit, vocavit Ursinam sororem Antonii Campeggio nuptam, ejusque filios & descendentes in perpetuum cum onere renovandi ejus familiæ per assumptionem nominis & insignium, ac hereditandi ejus domum relicta dictis filiabus congruo te de qua agitur in hac eadem Bonon. sub tit. de dicto 12. Ex ventre prægnante orta est feminæ, Anna nuncupata, quæ filiam habuit Olympiam, & ea prædefuncta, Antonium Pasellum, ex dicta Olympie filio etiam prædefuncto pronepotem quem libredem reliquit. Unde sequuto ejus obitu, cum illæ altera filia ingressa esset Monasterium, Martinus Thomas Campeggius ex dicta Ursina filio neque prætendens factum esse casum dictæ substitutionis ejus favorem, judicium immisionis instituit contra dictum Pasellum, & introducta causa in Rea Regiam Albergato, sub die 10. Decembris 1664, ad eum invorem proditi resolutio, adversus quam concilium nova audiencia, & assumpta disputatione, ex parte

Paselli